

Alte Drucke

**F. IOAN. DVNS || SCOTI, || ORDINIS MINORVM, ||
THEOLOGORVM OMNIVM || EMINENTISSIMI, || Atque
Academiae subtilium Antesignani, || Quæstiones Tertij ...**

Duns Scotus, Johannes

Venetiis, 1580

DIST. XXXVI.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden.

Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-150218

A SOLVTIO HVIVS, pa-
tet ex dictis. Sapientia quidem
est habitus appetitiuus scilicet
charitas, licet includat fidem,
tanquam pręuium, sicut actus
voluntatis, actum intellectus.
Scientia, & intellectus circum-
loquantur habitum fidei perfe-
ctum & imperfectum, sicut di-
ctum est prius. Consilium ac-
ceptum pro habitu est habitus
prudentię. ¶ Sed obijci-
tur, q̄ scientia & intellectus non sunt
vnus habitus, quia in cogniti-
one acquisita alius est habitus
principij, qui dicitur intelle-
ctus, & alius conclusionis, qui
dicitur scientia, igitur a simili
in cognitione infusa alius est
habitus cognoscendi articulo-
rum, & alius cognoscendi consequen-
tia, vel explicita ex articulis. Re-
spondeo, consequentia non va-
let, quia in acquisitis assentit ve-
ro complexo propter euidentiā
ex suis terminis, aliam autem
euidentiā habet proprie prin-
cipium ex terminis suis, & alia
conclusio ex suis, & alterius ra-
tionis, licet ista euidētia sit cau-
sata ab illa, & ideo potest esse
alius habitus respectu huius, &
illius, qui respicit formalem ra-
tionem veritatis hic, & ibi, sed
in creditis non assentitur pro-
pter veritatem reuelātis, cui as-
sentitur. & illa est eadem respec-
tu primorum articulorum, &
respectu aliorum explicatorum
ex illis, & ideo non est alius ha-
bitus vnus, & alterius,
quia est idem obie-

ctum sub ea-

dem ra-

tio -

ne

formali

SOLET ETIAM QVÆ-
RI &c.

DIST. XXXVI.

QVÆSTIO VNICA.

Virum virtutes morales sint cōmune.



IRCA istam dist.

36. in qua ma-
gis agit de virtu-
tum connexione.

¶ Queritur, vtrum

virtutes morales, sunt connexe.

Quod non. Aliquis potest esse

naturaliter inclinatus ad actus

vnus virtutis, & non alterius, si-

cut vnus est complexionatus ad

faciliter irascendum, & tamen

non ita inclinatur ex natura ad

actus concupiscentię igitur ta-

lis potest facilius exercitare se

circa illos actus, ad quos incli-

natur, quā circa illos, ad quos

non inclinatur, & ita habebit

virtutem circa hos, & non cir-

ca illos. ¶ Præterea qualitercum-

que aliquis sit inclinatus potest

habere materiam exercendi se

circa actus vnus virtutis, & non

alterius, puta religiosus potest

habere opportunitatem circa

passiones refrigendas, non au-

tem circa terribilia bellica ag-

gredienda, vel sustinenda. igitur

generabit in se temperantiam

sine fortitudine. ¶ Præterea, ra-

tionem existente erronea, volun-

tas potest elicere actum contra

iudicium eius, & tamē recte eli-

gere, igitur ex talibus frequen-

tibus electionibus potest genera-

ri habitus moralis, & tamen in

intellectu non generatur pruden-

tia, quia intellectus non re-

cte dicitur, & ita potest esse vir-

tus moralis sine prudentia.

¶ Et

A Præterea, intellectu econuer-
so recte distante, voluntas po-
test non eligere dictatū, sed op-
positum eius, & ita ex sic fre-
quenter dicte generabitur pruden-
tia in intellectu, non tamen
virtus moralis in voluntate, sed
potius vitium. ¶ Præterea, actus
contemnendi omnia propter
Deum est arduus, & consonus
rationi, igitur ad illū potest esse
virtus inclians pauperē, igitur
talis sic continens vī habere vir-
tutē sic inclinante, & tū non po-
test hīc liberalitatem, vī vī, quia
non habet materiam huius vir-
tutis, quā nihil habet, quod pos-
sit dare. Similiter etiam multi
habent alias virtutes, qui non
sunt pauperes. ¶ Præterea, con-
tinentia coniugalis videtur esse
virtus, & tamen est sine virgini-
tate, quæ videtur esse virtus.

¶ Præterea, magnanimitas
est virtus quæ videtur repugna-
re humilitati, quia magnani-
mus dignificat se magnis hono-
ribus, humilis autem dignifi-
cat se parvis honoribus, quia re-
putat se parum valere in oculis
suis. ¶ Contra. 6. Ethic. & Aug.
6. de trin. c. 3.

HIC SVNT quatuor arti-
culi. ¶ Primus, de connexio-
ne virtutum moralium intra se
secundum genera, & species il-
lorum generum. ¶ Secundus, de
connexione cuiuslibet virtutis
moralis cum prudentia. ¶ Ter-
tius, de connexione virtutū mo-
ralium cum theologicis. ¶ Quar-
tus, de connexione theologica-
rum inter se.

QVANTVM ad primum
dicitur sic philosophus. 7. Ethic.
c. 12. dicit sic. In genere bonitatum,
vel malitiarum est distinguere
quatuor gradus. ¶ Quorum

primus apud philosophum dici
tur perseuerantia. ¶ Secundus
continentia. ¶ Tertius tempe-
rantia. ¶ In quarto autem dici-
tur virtus heroica. & in duobus
primis gradibus non est virtus,
sed tantum quædam dispositio
imperfecta, quam nata est sequi
virtus perfecta. In tertio gradu
est virtus communiter dicta. In
quarto est virtus in gradu super
excellenti. Conceditur ergo, quod
in duobus primis gradibus nō
est connexio, quia potest aliquis
exercitari in actibus vnius vir-
tutis, & non alterius, & ita acqui-
rere tam perseuerantiam, quam
continentiam vnius, & non alte-
rius. In tertio gradu distingui-
tur, quia aut est virtus imper-
fecta, aut mediocris, aut perfe-
cta, & in duobus primis gradi-
bus non oportet esse connexio-
nem propter idem, quod prius,
quia. I. aliquis potest exercitari
in actibus alicuius virtutis, &
non alterius. In tertio autem
gradu huius tertij gradus, &
multo magis in quarto gradu
est connexio, quod probatur
multipliciter. Primo, quia non
est virtus vere perfecta, quæ in
contrarium finī suo obliquari
potest, sicut quod dicit Aug. in ser-
mo. de operibus misericordiæ,
Charitas quæ deseri potest, nunquam
vera fuit, sed si vna virtus mora-
lis esset sola sine alijs, posset ob-
liquari circa alios fines, igitur
non est vere virtus. Probatio
minoris, quia vna virtus non fir-
mat voluntatem circa illa ap-
petibilia, quæ non per se re-
spicit, igitur si voluntas non ha-
beat nisi illam virtutem, po-
test obliquari circa alia ap-
petibilia præsentata sibi, sed
ex obliquatione circa alia, pos-
set. sup. iij. Sen. X. rest

C
copi se du
hac mate-
ria & an
riquis om-
nes.

D

323

A test obliquari circa obiectum illius virtutis. ergo &c. ¶ Hoc patet in exemplo, quia habens temperantiam & non fortitudinem, non firmatur circa terribilia sustinenda, igitur præsententur terribilia, puta, vel quod fornietur, vel sustineat mortem, potest obliquari circa terribilia, & per consequens circa ea quæ sunt temperantiæ. Nam talis potius eligit non sustinere mortem, quam non fornicari, quia non est firmatus circa illam passionem terribilem. ¶ Hoc arguitur secundo, quia virtutis est delectabiliter operari. 2. Ethic. sed vna virtus sine alia non est principium delectabiliter operandi, sicut patet in exemplo prædicto. Nam tætatus de intemperantia, si non sit fortis delectabiliter fugiet, & pertinet ad intemperantiam, & per consequens non est perfecte temperatus, eodem modo potest poni exemplum. Si quis enim sit avarus eligit servare pecunias plus quam temperantiam. ¶ Præterea tertio, virtus perfecta perducit ad finem virtutis, quia perfectio in moralibus est perducere ad finem, sed vna virtus sine alia non perducit ad finem, nec virum politicum facit. ergo &c. ¶ Confirmatur illa positio per Grego. 22. moral. c. 1. Si quis vna virtute pollere creditur, tunc veraciter pollet, cum vitij ex alia parte non subiacet. & lib. 21. cap. 3. Vna virtus sine alia vel non est virtus omnino, vel minima est.

Cap. 6. ¶ Præterea, Commentator super 6. Ethic. in princ. Non existet temperantia, qualiter erit iustitia? ¶ Præterea idem super illud. 6. Ethic. Temperantiam hoc appellamus nomine velus

saluantem prudentiam. sorores ad invicem virtutes sunt. ¶ Hoc idem probatur per glo. super illud Apoc. 21. Civitas in quadra posita est. quare ibi.

CONTRA hoc arguitur primo sic. sicut per te contingit duos gradus esse inconnexos, scilicet perseverantiam & continentiam, & consimiliter duos primos gradus tertij gradus. scilicet quando virtus est imperfecta vel mediocris, eodem modo arguitur de virtutibus secundum tertium gradum virtutis, quia contingit aliquem habentem virtutem secundum duos gradus tertij gradus, exercitari circa actum vnius virtutis, & non alterius. Non enim minus est dispositus aliquis habens habitum ad operandum circa obiecta, quam alius nullus habens habitum, agit si aliquis a principio potuit se exercitare secundum aquam vnius virtutis, & non alterius, multo magis cum habuerit habitum vnius virtutis, secundum duos gradus tertij gradus poterit exercitari circa obiectum illius virtutis, & non alterius, & ita poterit sibi acquirere vnam virtutem perfecte, & non aliam. ¶ Confirmatur, quia potest non occurrere sibi oportunitas agendi circa materiam alterius virtutis, nec inclinatur ad hoc, sicut ad illud cuius habet habitum. ¶ Si dicamus, quod licet materia alterius virtutis non occurrat exterius, occurrat tamen in phantasmatibus, & circa illa oportebit recte eligere, vel virtus acquisita non saluabitur in aliquo gradu. ¶ Contra, possibile est illa alia non considerare, sed solum illa, ad quam inclinatur habitus virtutis, quia non contingit intelligere simul

A simul duo distincte secundum communiter loquentes. igitur si occurrant alia, quæ pertinent ad aliam virtutem, non potest voluntas eligere circa illa, nec bene, nec male, sed percipere non considerationem illorum, & considerationem eorum, quæ pertineat ad virtutem, quam habet, & stabit propositum.

DICITUR ALITER, & melius, quod possibile est habitum, quantumcunque perfectum in genere naturæ, acquiri ex actibus frequenter elicitis circa obiectum vnius virtutis, absque acquisitione alterius habitus, sed ille habitus quantumcunque intentus, non habet rationem virtutis, nisi sit conformis aliis virtutibus acquisitis, & ideo non est virtus. concordia enim habitus ad habitum necessaria est in quolibet habitu, qui est virtus.

Et illud dictum posset faciliter improbari, si virtus moralis esset per se ens, & per se vnum in genere qualitatibus. Sed quia non credo hoc esse verum, sicut tingeretur inferius. ideo aliter arguo sic. Virtus cum omnibus quæ sunt de per se ratione virtutis, generatur ex actibus conformibus recte rationi, ita quod ultra naturam actus vel habitus ratio actus vel habitus virtuosus non requirit nisi conformitatem ad rectam rationem ex-

1. Ethic. virtus est habitus electus in medietate existens, quo ad nos determinata ratione, & virtusque sapiens determinabit. Sed sine concordia aliarum virtutum concurrentium in eodē operante, potest esse talis conformitas, tam actus, quam habitus ad rectam rationem, circa illud quod eligit. Assumptum patet.

nā non recte eligit circa materiam temperantiæ, nisi præcedente recta ratione dictante de tali eligibili, potest autem præcedere dictamen rectum circa materiam vnius virtutis, absque omni dictamine rationis circa materiam alterius virtutis. ergo &c.

Præterea, secundo sequitur ex isto dicto, quod qualibet virtus est alij ratio essendi virtutē, consequens est falsum, igitur & antecedens. probatio consequentiæ, quia si habitus temperantiæ non est virtus, nisi quia concomitatur alia virtus, puta fortitudo, igitur fortitudo virtus, inquantum concomitans temperantiā, est ratio illi habitui essendi virtutē, & pari ratione, econverso, temperantiā ut concomitans erit fortitudini ratio essendi virtutē, igitur qualibet erit alteri ratio essendi virtutē, consequens est falsum, quia sequeretur, quod aliqua erit virtus, antequam sit virtus, & ita nulla prima virtus, & ita nulla virtus erit. Probatio istorum. Accipiamus enim habitum illum de genere qualitatibus, qui debet esse temperantiæ, si non potest esse virtus, nisi concomitante alia virtute quæ est fortitudo, igitur fortitudo prius erit virtus, quam temperantiā sit virtus, & tamen non potest fortitudo, esse virtus, nisi concomitante temperantiā virtute per hypotheseim. igitur fortitudo erit virtus prius, quam sit virtus. Per idem probatur, quod nulla erit prima virtus, quia non temperantiā, quia illa non potest esse virtus sine concomitantia omnium aliarum, & hoc habentium rationem virtutis ex hypotheseim. Si dicatur ad hoc, & probabiliter, quod aliqua potest esse virtus habens secum omnes virtutes conco-

Amitantes, & licet in ratione qua est talis habitus vnus precedat alium, non tamen in ratione qua est virtus, sed omnes habitus, siue prius, siue posterius generati habent rationem virtutis ex ratione propria, & concomitantia mutua. ¶ Contra hoc, quia sequitur tunc, quod vnus actus generabit omnes virtutes morales in esse virtutis, quod videtur inconueniens. Probatio consequentiae, pone enim habitum temperantiae generatum, & consequenter habitum fortitudinis generatum ad similem gradum, tamen nullus istorum habituum erit virtus, quousque quilibet habitus sit in eo gradu in quo est virtus. Aut igitur quilibet habitus erit ante alium virtus, vel esse poterit, &

a. l. per e. n. sequens.

Bhabetur propositum quod vnus habitus potest esse virtus sine alio, & ita non erit connexio necessaria virtutum. Aut non, & tunc omnes habitus simul sicut per vnum actum in esse virtutis, quod videtur inconueniens, quia ille actus vnde vnus virtutis, & sicut esset actus vnus virtutis, si esset generata, ita esset generatiuus vnus, igitur non omnium.

¶ Preterea, tertio rationabilis videtur species eiusdem generis in virtutibus moralibus esse connexas, quam duo genera, quia magis inclinatur aliquis ad ordinate se habendum ex virtute, quam habet circa materiam magis coniunctam materiae virtutis, quam habet, quam circa magis remotam. materia autem specierum eiusdem generis magis sunt connexae, quam materiae diuersorum generum, sed species eiusdem generis vir-

tutis non connexae, puta virginitas, & castitas coniugalis, ergo.

Q V A N T V M ad istum articulum concedo, quod virtutes morales nec secundum genera sua, quae communiter assignantur iustitia, fortitudo, &c. generaliora quae prius assignantur, quae sunt virtutes disponentes affectum ad seipsum, vel ad alium sunt necessario connexae. Ad hoc est persuasio talis, quia vna virtus est aliqua perfectio hominis, sed non totalis. sufficeret enim tunc vna virtus moralis, igitur partialis. quando autem sunt plures perfectiones partiales, idem perfectibile potest esse simpliciter perfectum secundum vnam perfectionem in summo, & simpliciter imperfectum secundum aliam, sicut patet in homine. tunc est hic multas perfectiones organicas, potest hic vnam perfectionem in summo nihil habendo de alia, vt esse summi digestum quo ad visum, vel gustum, vel olfactum, nihil habendo de auditu. igitur potest aliquis habere perfectionem respectu materiae temperantiae, nihil habendo de perfectione, qua requireretur respectu materiae alterius virtutis, & per consequens potest esse simpliciter temperatus, et quia ad quemcunque habitum temperantiae, & si non sit fortis, non tamen erit simpliciter moralis sine omnibus virtutibus moralibus, sicut non est perfecte sentiens simpliciter sine omnibus sensibus, sed non est minus perfecte temperatus, licet sit minus perfecte moralis, sicut non audiens, non est minus perfecte videns, licet sit minus perfecte sentiens.

PER

APER HOC patet ad quædam tacta pro prima opin. puta ad illud, quod virtus potest obliquari, hoc enim est falsum de virtute, nam virtus non obliquatur, sed habens virtutem ex defectu alterius virtutis obliquatur respectu alterius virtutis, nec ex hoc est virtus ista imperfecta, quia non est eius dirigere hominem circa omnia, circa propria obiecta. sicut non magis obliquatur homo in videndo, si potest audire, quam si non potest. Si arguitur contra hoc, sic est de facili amissibilis talis habitus, vel dispositio, igitur non est virtus. Nego antecedens, immo licet contra eius inclinationem fiat, non tamen corrumpitur, nisi multis actibus contrariis, dispositio autem bona corrumpitur vno, vel paucis.

BPer idem ad illud delectabiliter operari. nam quantum est ad illam materiam præcise sumptam, delectabiliter operatur, puta delectabile sibi est abstinere ab opere intemperati, sed non est sibi delectabile subire terribilia, quia circa illa non est ordinatus. tristatur ergo cum committit actum intemperantia, quia est contra habitum suum, sed tristius esset sibi subire terribilia, fugit enim tristius, & eligunt quodammodo minus tristemur, si tene incurrat tristius. Concedo igitur, quod talis est imperfectus, & tristabiliter operatur, sed non est imperfectus, nec tristabiliter operatur circa materiam illius virtutis, quam habet, nisi tantum per accidens, quia scilicet concomitatur alia materia, circa quam non est virtuosus dispositus, ut circa ipsam virtuosus & delectabiliter ope-

retur. Per idem patet ad aliud **C** de fine virtutum moralium, quia una virtus non perducit perfecte ad finem virtutum, sicut nec unus sensus perducit hominem ad perfectum actum sentiendi, sed qualibet virtus quantum in se est perducit ad finem, omnes autem requiruntur ad perfecte producendum. Conceditur igitur, quod una non perducit sufficienter simpliciter, sed quantum sufficit ad perfectionem talis virtutis.

¶Ad primum argumentum, quod adducitur ibi de Aug. dico quod philosophus in prædicamentis non dicit habitum esse inamissibilem, sed de difficili amissibilem. licet igitur virtus possit amitti, & ita habens eam possit obliquari, non tamen virtus ipsa obliquatur, sed habens recedit ab apice virtutis, non tamen sequitur eam non fuisse virtutem, etiam perfectam secundum rationem habitus, quia non fuit inamissibilis. Et quod dicit de charitate, oportet exponi. quia aliquis vere fuit in charitate, qui postea peccavit mortaliter, sed non fuit vera charitas, id est vere coniungens finem, scilicet beatitudini.

¶Ad auctoritates Grego. potest dici, quod loquitur ibi de virtutibus, prout sunt habitus, qui sunt principia merendi, & hoc modo verum est, quod una virtus moralis sine alia non est virtus, quia non meremur per unam sine alia, vel non concomitante alia. nam habens temperantiam moralem, non meretur si non concomiteretur humilitas, vel saltem si oppositum virtutum non insit ei. **¶**Per idem ad glo. super Apoca. & ad Commemoratorem. Concedo enim quod loco

A res, & si iuuent se mutuo ad conuendendum, vna tñ non est altera, nec essentialiter perficit alteram. ita istæ virtutes bñ iuuant se ad saluandum se mutuo, & in hoc potest inteiligi dictum quorundam, q̄ vna non est tota sine alia, quia non ita bene saluatur sine alia. nam homini exposito multis tentationib. circa diuersas materias, imperfectio circa vnā materiam est vna occasio imperfecte agendi circa aliam, & perfecta dispositio agendi circa vnā, iuuat ad recte se habendum circa aliam, iuuat ergo se mutuo sicut sorores, sed nulla est requisita ad perfectionem essentialē alterius, sicut prius nascitur vna soror, quam alia, & similiter virtutes non possunt simul genera-

a. l. temp. statibus.
a. l. per actus perfecti, * generatiui duorum virtutum.
quos duas virtutes
generare
sur.
Gut. quol. 5. q. 12.
quol. 8. q. vna prudentia.
10. quol. 19. q. 13.
quol. 12. q. 2.
Quare a. l. ber. & a. l. os et spe
cialiter
Henr. ubi infra.
Vide 6. trin. c. 5.
14. de an. malus.

B rino enim possunt haberi duo actus perfecti, * generatiui duorum virtutum.
SECUNDVS ARTICVLVS
habet duo dubia. ¶ Primum, de connexionē cuiuslibet virtutis cum sua prudentia. ¶ Secundum, de connexionē omnium cum prudentia. ¶ Quotum ad primum, dicitur q̄ in a cōnexio sit necessaria, quod probatur, p̄ phi. 6. ethi. cap. 15. Vbi sententia sua est, quod si voluntas male eligit intellectus male dicitur. Idem ibidem dicit aliud ad eandem sententiam, quare ibi. cap. 15. Idem etiam in libro de motu animalium, si maior practica proponatur ab intellectu, & minor sumatur a sensu, vel phantasia, conclusio erit operatio, ita quod necessario est operari secundum eam, si non impediat, igitur secundum eum nunquam est operatio contraria dictamini rationis. ¶ Hoc cō-

firmitur per Aug. super illud Psal. Loquetur ad eos in ira sua. Obstratio mentis sequit eos, Cap. qui legem Dei transgrediuntur. ¶ Item Dion. 3. de di. no. Nullus operatur bonum ad malū aspiciens. ¶ Præterea. 3. ethi. Omnis malus ignorans. cui concordat illud Sap. Excecauit illos malitia eorū. ¶ Modus ponitur istæ quare quoli 5. q. 17. ¶ Si obijciatur contra hoc per articulum * condemnatum Parisius, stante scientia in vniuersali, & particulari, voluntatem non posse velle oppositum. error.

¶ Responder quoli. 10. q. 10. quod ista propositio, stante scientia &c. est distinguenda secundum compositionē, & diuisionē, & in sensu diuisionis est falsa, quia significat, q̄ voluntas nunquam hēt p̄tētem volendi D oppositū. In sensu aut compositionis, adhuc est distinguenda, per hoc q̄ ablatius absolutus potest exponi per si, vel quia, vel dum. Si exponatur per quia, falsa est, & verum est esse errorem, quia significat, q̄ rectitudo in scientia, vel in intellectu est causa rectitudinis in voluntate. Si autem exponatur per si, vel dū, ita quod notet cōsecutionem, vel concomitantiam, non causa libertatem, tñ c secundum eum potest propositio hēre veritatem, nec sic condemnatur, ita tñ q̄ intelligatur, q̄ non sit prioritas naturæ in errore intellectus, sed voluntatis, simul. n. tpe secundū eū concomitantur se ille & ille, sed prior natura est error voluntatis, ita q̄ considerando intellectum secundum illud, qd est prius natura voluntate, actus intellectus rectus est, sed voluntate libere errante intellectus errat.

A cecatur, & si simul tempore, tamen posterius natura. ¶ Pro isto arguitur sic. Si prima electio non excicaret intellectum, nec aliqua alia, nam prima potest esse æque mala, sicut quæcunque alia, & si non excecat, quando est mala, igitur nunquā, & ita quotcunque malitiæ actuales in voluntate, nunquam excarent in intellectum, & ita posset esse quātuncunque malus absque omni errore intellectus. quod videtur negare plures auctoritates.

CONTRA hoc arguitur. primo per Aug. super illud Psal. Forte viuos deglutissent nos. II. si sunt, qui viui absorbentur, qui sciunt malū esse, & lingua consentiunt absorpti moriuntur. Idem super illud Psal. Fiat mensa eorum coram ipsis &c. III. qd. quid est vitij consentiētes. nisi consentientes non debere consenti. re. Ecce norunt inuicem, & pedem ponunt. Idem sup illud Psal. Concupiuit anima mea de siderare &c. pcedit intellectus, sequitur tardus, aut nullus affectus. ¶ Ad hoc est auctoritas. 2. ethi. Ratio parum vel nihil valet ad virtutem. Si autem rectitudo intellectus in considerando necessario haberet per concomitantiam volitionē rectam, cum scientia multum faciat ad considerationem rectam. & per consequens multum faceret ad rectū vel le, immo sequit aliud, qd non oportet persuaderi alicui, qd non esset virtuosus, sed qd deberet considerare sibi habitū intellectus, nam p te considerando recte sibi habitū sciæ voluntas nō pōt simul nō esse recta, & ita nō oportet persuaderi alicui de recte volendo, sed de re-

cte considerando. ¶ Præterea, p rationem, intellectu recte dictate, voluntas potest nihil eligere, ergo potest non eligere, qd dictatur ab intellectu, quia rō nō mouetur simul ab isto intellecto, & ab illo, nihil autem eligendo non generatur in ea virtus aliqua, sed ex recto dictamine generatur prudentia per te. igit prudentia generabitur sine alia virtute morali. Præterea. qd mala electio non possit excicare intellectum, ita quod erret circa agibilia, probō. termini sunt totalis causæ notitiæ primi principij, ita in practicis, sicut in speculatiuis ex primo posteriorū, & forma syllogistica est euidentis omni intellectui per diffinitionem syllogismi perfecti. j. priorum, igitur terminis apprehensis & compositis, & facta deductione syllogistica, necesse est intellectum acquiescere conclusioni, cuius notitia dependet præcise ex notitia principij, & notitia deductionis syllogisticæ. igitur impossibile est voluntatem facere intellectum considerantem principia, & deductionem syllogisticam errare circa conclusionem sic deductionem, & multominus circa principia. igitur nullo modo excabitur intellectus, vt erret. ¶ Si concedas conclusionem, & dicas, quod ideo voluntas intellectum excecat, quia auertit intellectum a consideratione recta. ¶ Contra, quia sic auertere non est excicare, quia sic posset auertere stante prudentia, possibile est enim prudentem non semper considerare ea quæ sunt prudentiæ, sed voluntarie quandoque alia.

¶ Præterea, velle auertere re-

Aquirat aliquod intelligere simul tempore, & prius natura, illud autem est dictum rectum recte rationis stans a quo voluntas vult eam auertere, & tunc sequitur quod velle auertere, non est peccatum per te, quia stat cum recto dictamine. Aut ille actus prauus ipsi velle auertere est alius a dictamine recto. & si sit rectus sequitur idem quod prius, scilicet, quod velle auertere non sit peccatum, & ita nec ad ipsum sequitur excacatio. Si autem ille actus prauus ipsi velle auertere non sit rectus, tunc non erit excacatio sequens ipsum velle auertere, quia praecedit illud velle.

¶ Praeterea, aut stante recto dictamine voluntas male eligit, & ita hic propositum, aut si male eligit, & ita non stante eligit, eligit prout aliquo actu intellectus, & non recto, quia si esset rectus tunc per te voluntas eligendo non peccaret, igitur ille actus alius non rectus erit prauus ipsi velle malo, & non erit non rectus per aliud malum velle, quia non est circulus per processum in infinitum in causis & causatis, & per consequens voluntas non excacat ad illud malum dictare, quia per te sequitur ad illud velle malum.

¶ Praeterea, nullus in via est incorrigibilis, igitur nullus potest oino errare circa prima principia practica. probatio consequens, quia erras circa prima principia practica, nihil habet quod possit reuocari ad bonum. quocumque enim fiat sibi persuasio, negabit assumptum, quia nihil potest assumi notius, quam primum principium practicum.

¶ Praeterea, damnati non ac-

quiescunt huic tanquam vero Deum esse odiendum, quia tunc non esset verum illud illa. viti. Vermis eorum non morietur, nam simpliciter delectabiliter odirent Deum absque remorsu, ergo.

Q V A N T V M * ad istum articulum potest dici, quod rectum dictamen simpliciter stare potest in intellectu absque recta electione. scilicet, dictatum in voluntate, & ita cum vnus actus rectus rationis generet prudentiam, generabitur prudentia in intellectu absque habitu virtutis moralis. **¶** Et tunc quare quod malitia excacat intellectum? secundum illas audiritates potest dici, quod excacat dupliciter, vno modo priuatiue, alio modo positue. **¶** Priuatiue, quia auerit a consideratione recta, voluntas enim eligens oppositum alicuius recte dictati, non permittit intellectum diu stare in illo recto dictamine, sed auertit ipsum ab illo, & conuertit ad considerandum rationes pro opposito. si quae possunt esse philosophicae vel probabiles, saltem auertit ad considerandum aliud imptinens, ne fiat illa actualis duplicitas, quae stat in memoria illo qui habetur in eligendo oppositum dictati.

¶ Positiue autem excacat sic, nam sicut voluntas recte eligens finem precipit intellectui considerare illa quae sunt necessaria ad illum finem, & intellectus sic inquirendo media ordinata ad illum finem rectum habet in se habitum prudentiae, ita voluntas eligens sibi malum finem. Potest enim sic sibi prestituere malum finem, sicut dictum est dist. 1. primi, praecipit intellectui considerare media necessaria ad consequendum illum finem, de quo

A quo hñ dicit Aug. de ciui. Dei. Quod voluntas habet suas virtutes, sicut ibi pertractat, hoc est voluntas præsitiuens sibi malū finem præcipit intellectui inuenire media necessaria ad delectabilia prosequenda, & tristitia opposita fugienda, & sicut ex imperio voluntatis bene eligentis, generatur in intellectu bene dictante circa media ad illum finem bene electum perquirendū habitus, qui est prudentia, ita in voluntate male eligente, habitus acquisitus ex dictamine circa ea quæ ordinantur ad malum finem electū, est error, habitus directe oppositus habitui prudentiæ, & pot vocari imprudentia, vel stultitia, non tantum priuatiue, sed positiuè & contrarie, quia sicut prudens habet habitum, quo recte eligit ordinata ad finem debitum, ita imprudens vel stultus habet habitum quo prompte eligit ordinata ad finem præstiturum a voluntate mala, & talis habitus generatur ex imperio voluntatis male eligentis. Pro tanto igitur verum est, q voluntas mala exerceat, non quidem faciendo errare circa aliqua complexa, sed faciendo intellectū hñe habitū considerandi aliqua media ordinata ad malum finem, & totus ille habitus est error in agilibus, licet non sit error deceptiuus, quantum ad considerationem, siue speculationem.

ALIUD DVBIUM posset hic esse, si non necessario generetur simul habitus rectus in intellectuius, & habitus bonus appetitiuus, quia contingit hñ dictare circa aliqua, non hñ agendo circa illa, an habitus intellectualis generatus, sine virtute

moralis sit prudentia, & an econuerso habitus generatus in appetitu sine illo in intellectu, sit habitus moralis.

QVANTVM ad primum *Tho. 1. 2. q. 65. art. 1. & Hñ. quol. 1. 9. 16. & quod li. 9. 14. Ca. 3.* de prudentia potest dici, quod stricte loquendo, prudentia nō est sine virtute morali, quia est ratio recta confesse se habens appetitui recto ex 6. Ethic. Appetitus autem non est rectus sine virtute morali, patet ibi. Et si hoc verum esset, tunc non tantū prima dictamina circa principia agibilia essent recta, & non tamen essent prudētia, sed quasi quædam seminaria prudentiæ, sed etiam circa media necessaria ad finem præstitutū a voluntate esset aliquis habitus recte dictatiuus, & tamen non esset prudentia. ¶ Posset igitur poni duplex habitus intellectualis circa agibilia re- **D**ctus, & neuter esset prudentia. ¶ Vnus quidem qui præcederet rectam electionem finis in particulari, & ille non esset prudentia, quia prudentia est circa ordinata ad finem, quia est habitus consiliatiuus, consilium autem non est de fine, sed de entibus ad finem, est etiam discursiuus, quia consiliatiuus, & ita de his ad quem discurritur.

¶ Electo autem fine bono, non tantum in cōi, sed in particulari ēt, vt q caste viuendum est, potest esse aliquis habitus dictatiuus recte de his q sunt ad finem, sed non habens secū electionem rectam, tanquam concomitantem, & ille quantum est ex parte obiecti esset prudentia, esset enim recta ratio circa ea quæ sunt ad finem, sed deficeret sibi alia conditio, quia non esset concors appetitui re-

cto

Ado circa eadem obiecta. ¶ Secundum ergo istam viam, esset dicendum, quod quicumque habitus generetur in intellectu, licet practicus, & rectus, & hoc siue circa finem, siue vniuersalem, siue particularem, siue circa media necessaria ad consequendum finem illum particularem electum, si non concomiteretur recta electio voluntatis circa eadem, non est prudentia. ¶ Si arguitur contra hoc, sicut arguitur contra prædictum articulum de connectione virtutum moralium, quia in ista concordia sequeretur prudentiam constituere virtutem moralem, & e converso, & ita per vnum actum vltimate generare tur uterque habitus, scilicet prudentia & virtus moralis. Ille autem actus non posset esse intellectus, & voluntatis, simul, sed tantum alterius. igitur non posset esse generatiuus utriusque.

¶ Posset dici, quod non est necessaria conformitas vnius virtutis moralis ad aliam, quia nulla est regula alterius, sed cuiuslibet est necessaria conformitas ad prudentiam, quia in diffinitione virtutis cadit, quod sit habitus electiuus secundum rectam rationem, & ideo potest esse constitutio per modum concomitantis, & hoc ipse habitus in esse morali per prudentiam, & e converso. non sic autem moralium inter se, & tunc concederetur, quod simul generetur aliquis habitus in ratione prudentie, & alius habitus in ratione virtutis moralis per actum vnum, qui generat vltimate tam virtutem moralem, quam prudentiam, inconstituentem quidem est in moralibus, quod vnius actus vltimate generet duas virtutes morales, sed non est hoc

inconueniens in temperantia, & prudentia. quia ille actus qui generat prudentiam in ratione regulatiui, generat temperantiam in ratione regulatiui, non autem habet rationem virtutis, nisi ex ratione regulatiui, & ideo generat temperantiam in ratione virtutis. non sic dici potest comparando eam ad fortitudinem, quia fortitudo non est regula eius. ¶ Dicitur igitur, quod non constituunt se in esse virtutis per aliquam prioritatem, quasi vna sit prius virtas, quam reddat aliam esse virtutem, sed simul natura est habitus intellectualis, prudentia, & habitus moralis virtus. ¶ Et si queritur tunc, per quid generantur isti duo habitus in esse perfecto. Concedo, quod per vnum actum, siue actus ille sit recta electio, quia absque recta electione finis non est habitus intellectualis concors appetitui recto, ideo nec prudentia, siue actus sit intellectus, quia absque recto dictamine non est electio concors rectæ rationi, ideo nec virtuosa, nec generatiua virtutis moralis, igitur tam actus intellectus, quam actus voluntatis generando aliquid per se in esse nature, potest concomitanter generare illud in esse relationis, & vterius concomitanter suum relationum, puta vnius actus generaret simul naturam virtutem moralem, & eius prudentiam, & secundum hoc diceretur, quod vterque habitus præcedens electionem rectam, esset quidam intellectus scilicet moralis, siue quedam scientia moralis. Sicut enim in fabricabilis artifex differt ab experto, quia artifex scit propter quid, expertus tamen, quia. r. meta. art. 1. fex non est promptus in agendo, expertus

A expertus autem promptus est, ut habetur ibidem, ita in moralibus habens habitum rectum principij, vel conclusionis, non autem exercitatus in operando, vel dirigendo circa agibilia, licet habeat habitum directiuium remotum, qui habitus potest dici intellectus, vel scientia moralis, non tamen habet habitum directiuium propinquum, qualis est prudentia, & qualis in factibilibus est habitus experti.

LICET ISTUD videatur probabiliter dictum, de distinctione scientie practicae, & prudentie, tamen prudentia non solum est circa media ordinata ad consequendum finem vltimum, sed etiam dictando de ipso fine, saltem particulari, puta de castitate. quod probatur primo, quia virtus moralis semper sequitur ordine naturae prudentiam aliquam, ex electione autem finis particularis, puta castitatis generatur virtus moralis, igitur istam electionem praecedit aliqua prudentia, igitur non est ita proprie restringenda, ut tantum sit habitus circa media ordinata dictata ad consequendum finem particularem electum. ¶ Secundo probatur ibidem, quia tunc non esset una prudentia correspondens uni virtuti. Nam virtus moralis est una unitate finis, ad cuius electionem principaliter inclinatur. Si autem ad dictandum de illo fine nulla esset prudentia, sed tantum de medijs ad illum finem, nullum esset obiectum unum, a quo esset unitas prudentiae dictatiuae, sed essent multae prudentiae de multis modis dictatiuis ad finem ordinatis, ubi tamen esset una virtus

moralis ex unitate finis, igitur C tum propter prioritatem naturalem prudentiae ad virtutem moralem, tum propter unitatem prudentiae respectu vnius virtutis moralis, videtur esse concordendum, quod ille habitus practicus qui est recte dictatiuus de fine particulari, sit proprie prudentia.

¶ Nec obstat, quod dicitur prudentiam esse habitum consiliatiuum, & ita ad fines discursiuum. nam de finibus proprijs virtutum moralium dictatur, discurrendo a principio practico sumpto a fine vniuersali ad particulares, & ille discursus est prima consiliatio, licet communis dicatur consilium de medijs virtutis. ¶ Quod etiam additur, quod sit concors appetitui recto, non mouet. nam prius naturaliter non videtur D habere aliquid de ratione sua dependens a posteriori, prudentia videtur esse naturaliter prior virtute morali, quia diffinit ipsam, quod ergo ibi dicitur concors (sicut tactum est in primo. q. de theologia practica & speculatiua,) debet intelligi. i. conformatiua praxis recte sibi ipsi, hoc est quod debet esse talis cognitio, quod quantum est ex se praxis recta, debet sibi conformari, & talis cognitio est prudentia, siue in eodem dictante, sequatur electio recta, siue non. ¶ Potest ergo aliter dici, quod ille habitus generatus ex dictaminibus, siue circa fines quosdam particulares, saltem qui sunt proprii fines virtutum moralium, siue circa media ordinata ad illos fines est propria prudentia, licet electio recta non sequatur in eodem dictante, & ita.

A ita non erit oīno necessario cō-
nexio alicuius virtutis moralis
ad prudentiā dictatūā de sua
materia; tñ eonuerſo sic, quia
nulla electio pōt esse recta mor-
aliter, nisi sic concors suar regu-
lar, & sue mensurę, quę est dicta-
men rectum. Dictamen autē re-
ctum est natum generare pruden-
tiam, etiam si sit vnicū, ideo
e conuerſo potest concedi cōne-
xio, quia virtus moralis non po-
test esse sine prudētia circa suā
materiam. ¶ Ad rationes ergo &
auctoritates Augu. responderi
potest, quare.

¶ Aduerte, quia istę auctorita-
tes adducuntur in prin. 2. arti.

Additio.

Quare

Ricard.

Hugo. de

ea. no. dis.

presens.

¶ Henri.

ubi supra

¶ v. v. &

Bon.

B

causā rectitudinis siue eius pru-
dentię, quia intellectus in actū
suo pręcedit voluntatem. ideo
prius recte dictabat, anteq volū-
tas imperaret, vt recte dictaret.
sed benevoluntas pōt esse cā p-
seuerantię illius recti dictami-
nis, quod prius intellectus habe-
bat. pręcipiendo vipersueret.

aliomodo.

¶ Ca. vlt.

DE ALIA parte huius ar-
ticuli s. de connexionē omnium
virtutū moralium ad vnā pruden-
tiā philosophus 6. Ethy. videtur
dicere, q sic. Prudentię vni exi-
stenti omnes inerunt. Commē-
tator. quare ibi. Qualiter autem
vna prudētia sit circa oīa mora-
lia, posset poni, sicut de vno ha-
bitu scientię, qre de hoc Henr.

quoli. 9. q. 4. quam opinionem, &
de eius improbationem quare
super 6. Meta. q. r.

QUANTVM ergo ad istū
articulū, potest dici, q sicut
ars respicit factibilia, ita pruden-
tia agibilia, nec erit maior con-
nexio agibilem, vt respiciatur
ab vno habitu, q factibilem. si-
cut ergo diuersa factibilia reg-
runt diuersas artes proprias, ita
diuersa agibilia diuersas pruden-
tias proprias, & sicut aliquis po-
test esse moraliter bene affectus
circa aliqua agibilia, & male cir-
ca alia, ita etiam in dictando po-
test esse habitus ad recte dic-
tandum circa ista, & non circa
illa, cum nec circa illa habent
principia ad dictandum de il-
lis, nec conclusionēs sequentes
ex eis. ¶ Qualiter autem omnes
prudentię sint vni habitus, &
omnes habitus geometrię peni-
neant ad vnā scientiam vniuer-
salem, dictum est. q. 1. super 4.
Meta. quia ibi debet intelligi
vnitas non formalis, sed virtualis.
habitus enim ille, qui est de
primo obiecto, est formaliter
vnus, & est virtualiter omnium,
quę continentur in illo primo
obiecto, sed non est formaliter
omnium illorum. ita ille habi-
tus qui est formaliter alicuius
finis, in aliquibus agibilibus est
virtualiter omnium eorum, quo-
rum cognitio practica virtuali-
ter continetur in illo fine, sed
non est formaliter omnium il-
lorū, & ita vna prudentia est vir-
tualiter omnium virtutū, extendē-
do nomen prudentię ad habitū
illum, qui est intellectus primi
principij practici. secundū hoc
exponi potest auctoritas illa. 6. Ethy.
Vni prudentię &c. ¶ Vel il-
loquitur de vna prudentia for-
malis.

¶ Alii, tunc debet intelligi qd illi
existenti vni perfecte, non tantū
fm intensionem, sed et fm extē
sionem omnes ineriūt. nūq̄ au
tem est perfecta extēsiue, quā
tum potest esse, nisi sit perfecta
circa oia illa, ad quā pōt se ex
tendere, & illa sunt omnia p̄tine
tia ad quascunq̄ virtutes mo
rales. ¶ Alio modo potest expo
ni illa auctoritas, non de vnitare
formali, sed de vnitare generis.
sicut n. temperantia apud philo
sophum dī esse vna virtus, & for
titudo alia, utraque tñ illarū est
quoddam genus intermedium
habens sub se multas species, si
cut dictū est prius. ita pruden
tia correspondens isti connume
rationi, vel coordinationi gene
rum mediorum, potest dici vna
propter vnitatem generis inter
medij, licet contineat sub se
multas species, sic intelligendo
vnitatem vni prudentie secun
dum genus omnes virtutes sunt
connexę, prout sibi fm quancū
que suam speciem aliqua virtus
est cōnexa, & hoc supponendo
precedentem articulum de cō
nessione cuiuslibet virtutis ad
suam prudentiam, vel mutua,
vel non mutua.

DE TERTIO articulo Au
gust. contra Iulianum lib. 4. ca.
2. videtur dicere, quod non sunt
verę & perfectę virtutes sine
charitate. Et hoc probat, quia
paulus non gloriatur perfecte in
domino.

CONTRA hoc est Augu.
in sermone de patientia. & est
49. primę patris. & de peni. dist.
33. quāuis. de heretico, &
schismatico. si moriaq̄ ne neget
Christum nunquid eius patiē
tiam commendabimus. igitur
habet patientiam, & non fidem,

nec charitatem. ¶ Præterea, quā
do aliqua ordinatur essentiali
ter, sicut dispositio & forma ad
quam est dispositio, licet dispo
sicio possit esse sine forma, tamē
non econuerso, sed virtutes vi
dentur esse quædam dispositio
nes ad charitatem, sicut felici
tas naturalis ad supernaturale.
ergo. ¶ Præterea, tertio diffinitio
virtutis moralis potest perfecte
saluari in aliquo sine virtute
theologica. ¶ Potest dici, quod
nulla virtus inclinat ad finem
vltimum, nisi mediante illa cu
ius est per se respicere finē vlti
mum, & ita si sola charitas re
spicit finem vltimum immedia
te, alię non erunt ad finem vlti
mum, nisi mediante charitate.
quatenus autem sunt quædam
instrumenta perficiendi homi
nem, debēt esse instrumēta ordi
nādi ipsum ad finē vltimum, in
quo est sua perfectio, & iō sunt
imperfectę sine charitate, sine
qua non possunt sic ordinare. tñ
quia ista imperfectio nō est earū
secundum propriam spe
ciem, ideo qualibet earum po
test esse perfecta in sua specie
absq̄ue charitate. Pro tan
to igitur dicuntur esse informes
sine charitate, & formatę p̄ cha
ritatē, pro quāto charitas ordi
nat ipsas, & earū fines in finē vl
timū, in qua ordinatione est vlti
ma earū pfectio, licet extrinseca,
¶ Per hoc patet ad Aug. nā virtu
tes non sunt verę sine charitate,
q̄a nō pducunt ad beatitudinē.
¶ Sed si econuerso virtutes theo
logice præsupponat morales du
bium est. ¶ Et quantum ad a
ctum manifestum, est quod
non. Nam si aliquis prius vicio
sus de nouo conuertatur, talis
in pēnitētia habet oēs virtutes
theo-

A theologicas, & tamen non morales saltem acquisite. patet quia non operatur delectabiliter aliquod eorum ad quod inclinatur eius habitus virtuosus, immo delectabile sibi esset operari secundum habitum vitiosum prius acquisitum, & tristabile secundum oppositum. Quod si dicatur, huic in penitentia esse infusas virtutes etiam morales, & consimiliter de paruulo in baptismo, & per hoc saluetur praedicta connexio, quia si non habet innatas, saltem habet infusas, quod probatur, quia habebit eas in patria secundum Augustinum, & adducitur in litera. non videtur enim probabile quod haberet eas in patria, nisi haberet eas in via, nec acquirat eas in via, cum statim moriatur. Licet de istis virtutibus moralibus infusis multa dicantur, si quod videntur necessariae propter modum, medium, & finem, quia tam omnis finis quem non possunt habere ex specie sua, determinatur sufficienter ex inclinatione charitatis. Modus autem, & medium determinatur per finem infusum: ideo non videtur necessitas ponendi virtutes morales infusas, sed acquisite tantum in his, qui habent eas acquisite, vel habere possunt, nec et in alijs, qui non possunt eas acquirere propter defectum usus liberij arbitrij, quia non est maior ratio, quare isti debeant habere, & non illi. Et tunc ad illud de paruulis, potest dici, quod non est necesse eos habere virtutes morales in patria, sed sufficit quod bene disponantur circa appetibilia per charitatem, charitas enim disponit circa omnia volubilia, in una ratione vo-

lubilis, & quod non oportet quod habeant omnem scientiam in genere proprio, sed sufficit habere eam in verbo, quae est notitia perfectae. Vel secundo, si habebit eas, potest dici, quod infunduntur eis in instanti beatitudinis non est enim magis necesse illa quae pertinent ad viatorem, si aliquando esset futurus viator, dari sibi in baptismo, quae quae pertinent ad statum comprehensoris danti sibi in instanti beatitudinis, immo magis rationabile hoc, quod illud. Vel tertio potest dici, quod si illa pertinent ad aliquam perfectionem, comprehensoris, & non dantur in instanti beatitudinis, poterunt eas acquirere post actus suos. sicut enim non appareratio quare non poterunt ad discere aliqua seibilia in genere proprio, quae primitus non noverunt, ita non apparet ratio, quare non poterunt ex bonis electionibus circa appetibilia ad finem, non tantum volenda propter Deum in se, sed ut sunt volenda in quantum comoda sibi, acquirere sibi unum habitum inclinantem ad electionem talium appetibilium sub propria ratione, & ita virtutem moralem.

Q V A N T V M ad illum articulum, dico sicut prius dictum est, virtutes morales non requirere theologicas ad hoc, ut ipse morales sint perfecte in specie sua, licet non sint perfecte perfectione ulteriori, quam possint habere, ita etiam econverso, theologicae siue in via, siue in patria non requirunt necessitatem morales.

Q V A N T V M ad quartum articulum, dico quod virtutes theologicae non sunt connexae inter se, sicut patet in patria, ubi manebit

A nebit habitus, & actus charitatis sine habitu, & actu fidei, & spei. ¶ Sicut etiam patet in via, ubi in peccatore manent fides, & spes, sine charitate. igitur ex ratione habituum in existendo non est necessaria connexio eorum. ¶ Sed nunquid in fieri, vel in infusione sunt connexi, ita quod vna non possit infundi sine alia. ¶ Respondeo, quaecunque separari possunt in esse, potest Deus separare in fieri, & ideo quantum est ex se, non necessario conneantur in infusione, sed ex liberalitate diuina conneantur, quia Deus totum hominem perficit, ita quod sicut corporaliter nulli sanat nisi perfecte, ita etiam spiritualiter non sanat hominem, nisi perfecte sanat. Perfecta autem sanitas est, si quantum ad intellectum habet fidem, & quantum ad voluntatem spem, & charitatem. de peni. distin. 3. c. si quid.

¶ Si quaeritur, utrum fides, & spes sine charitate essent virtutes. ¶ Dici potest, sicut prius dictum est de virtutibus moralibus, quod in specie sua possunt esse perfecte, in quantum scilicet sunt principia propriorum actuum respectu propriorum obiectorum, sed perfectionem illam vltimam quam habent in attingendo finem, ad quem ordinantur ex charitate, non possunt habere sine ipsa. Et hec quidem perfectio, tam in moralibus, quam in istis, licet dicatur communiter esse in attingendo finem per aliquam operationem elicitam, siue per aliquem ordinem istarum, vel earum actuum ad finem, potest dici esse precipue in hoc, quod est acceptari a Deo ordinando ad beatitudinem.

nem, sic quippe nulla virtus, nec eius actus acceptatur sine charitate, quæ sola diuidit inter filios regni, & perdicionis. ¶ De habitibus intellectualibus, non oportet immorari. planum est enim, quod non est necessaria eorum connexio, nisi forte sint habitus subordinati, quales sunt habitus principiorum, & habitus conclusionum, & in talibus prior potest esse sine posteriori, licet non econuerso.

A D A R G V M E N T A principalia, duo prima concedo, quia concludunt, quod dictum est in primo articulo. ¶ Ad tertium dico, quod licet ex frequentius sic operari genere quædam qualitas, quæ nata est esse concors recte rationi, & esset virtus si haberet rectam rationem in operante cui esset concors, tamen quia non est rectum dictamen in illo, deficit regula operationis recte, & ideo electio, quæ nata est esse recta, non est recta, quia non est regulata, & per consequens si generat qualitatem aliquam, illa tamen non est habitus electiuus, & per consequens nec est virtus. ¶ Quartum concedo, quia concludit quod dictum est in articulo de connexionione virtutum moralium cum prudentia. ¶ Ad alias rationes sequentes de virtutibus, concedo, quod licet posset dici, quod nullæ virtutes etiam in specie sint impossibiles, tamen in quantum adducuntur ad proprium concludunt, quod diuersæ species eiusdem generis virtutis moralis, vel diuersorum generum non sunt necessario connexæ. Et hoc concessum est in primo articulo quaestionis.

S E D